

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Clemente clxvi

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sancto

discere quod oculis non vales videre. Tunc iratus almachius iussit eam ad domum suam reduci. ibique tota die et nocte iussit eam in bulliere balneo cremari. Que quasi in loco frigido mansit. nec modicum saltem sudoris pensit. Quod cum audisset almachius iussit eam in ipso balneo decollari. Quam spiculator tribus ictibus in collo percussit: sed tamen caput eius amputare non potuit. Et quod decretum erat ne quarta percussione decollandus acciperet: eam semivivam cruentus carnifex de reliquit. Per triduum autem supervivens omnia que habebat pauperibus tradidit. et omnes quos ad fidem converterat vrbano episcopo commendavit dicens. Triduanas michi inducias postulavi. ut vos tue beatitudini commendarem. et hanc domum meam in ecclesiam consecrarem. Sanctus autem vrbano corpus eius inter episcopos sepeliit. et domum suam in ecclesiam ut rogauerat consecravit. Passa est autem circa annos domini. ccc. xliij. tempore alexandri imperatoris. Alibi autem legitur quod passa sit tempore marci aurelii qui imperavit circa annos domini. ccc. x.

De sancto clemente. clxvi. A



Clemens dicitur a cleos quod est gloria et mens quasi gloriosa mens. Habet enim gloriosam mentem. sed purgatam ab omni sordibus ornatam omni virtute. et decoratam nunc omni felicitate que felicitas persistit in hoc sicut dicit augustinus. in libro de trinitate. quod ibi esse nostrum non habebit mortem. nosse nostrum non habebit errorem. amare nostrum non habebit offensionem. Vel dicitur a clemencia quod clemens et misericors valde fuit. Vel sicut dicitur

Clemente

in glosario. Clemens dicitur dulcis. iustus. maturus. pius. Iustus in actione. dulcis in sermone. maturus in conversatione. pius in intentione. Eius vitam ipse in suo itinerario inseruit. maxime usque in illud locum in quo qualiter beato petro in pontificatu successit ostenditur. Cetera ex eius gestis que communiter habentur sumuntur.

Clemens episcopus ex nobili romano. presapia ortus est. Pater eius faustianus. mater vero eius macidiana nuncupata est. Habuitque duos fratres quorum unus fustinus alter faustus dicebatur. Cumque macidiana mater eius mira corporis pulchritudine polleret. frater viri sui libidinoso amore in eam vehementer exarsit. Cum autem eam quotidie molestarer. et ipsa sibi nullatenus assentire vellet. viros suo hoc reuelare timeret. ne inter duos fratres inimicitias suscitaret. cogitavit per aliquod tempus se a patria absentare: donec illicitus amor quietesceret. quem aspectus sue presentie inflammaret. ut autem hoc a viro suo obtinere valeret. somnium calidissime fingit. quod in hunc modum viro suo retulit dicens. Ecce quidam michi per visum apparuit: michi precipiens ut festinus cum duobus geminis scilicet faustiano et fausto ex urbe discederem: et tamdiu abessem: donec ipse michi reditum impetraret. Quod si non facerem simul cum omnibus liberis interire. Quod vir audiens vehementer expavit. ac uxorem cum duobus liberis et familia multa athenis misit ut ibi maneret et filios faceret erudiri. Mox autem filium scilicet clementem cum esset annorum quinque sibi pater in solacium retinuit. Cum autem mater cum filijs nauigaret. nocte quadam navis naufragium pertulit. et mater sine filijs a fluctibus eiecta super quoddam saxum euasit. Que duos natos perisse desperans pre nimio dolore in maris fundum se precipitasse: nisi quod saltem eorum cadauera se reperturam sperabat. At vero ubi nec vivos nec mortuos se reperire posse cognouit. clamoribus et vllulatus maris dabat manus suas mortibus lacerabat. nec vllam consolationem ab aliquo recipere volebat. Cumque multe mulieres astarent que sua infortunia eidem narrarent. et illa ex hoc consolationem non reciperet. affuit quedam mulier inter ceteras que virum suum adolescentem et nautam in mari perisse asseruit. et ob sui amoris postmodum nubere recusavit. Recepra igitur qualicumque consolatione apud ipsam manebat. et quotidianum victum suis manibus acquirebat. Sed non multum post manus eius quas crebris moribus lacerauerat. et sine sensu et motu adeo sunt effecte ut cum ipsis nullatenus operari possent. Illa autem que eas susceperat paralysim incurrit. et de

De sancto

Clemente

lecto surgere non valebat. Sicq; macidiana me-
dicare p̄pellitur. ⁊ ipsa cū hospita ex his que inue-
nire poterat p̄secebat. Completo igit anno quo
macidiana cū liberis discessit ⁊ patria misit atbe-
nas nūcios vir ei⁹ vt ipsos req̄rerēt. ⁊ qd agerent
intimarēt. Sed illi q̄ missi fuerāt nullaten⁹ redie-
runt. Deniq; cū alios misisset: ⁊ illi reuertētes se
nullum inde vestigiū repisse narrarēt. Clemētem
filiū suū sub tutorib⁹ dereliquit. ⁊ ipse ad querendū
vxoꝛē cum filijs nauē p̄scendit: sed minime redijt
Viginti igitur annis clemens orbat⁹ sterit. nec
de patre vel de m̄re vel de fratrib⁹ aliqd̄ indicium
inuenire potuit. Ipse aut̄ clemens studio litterarū
se p̄tulit. ⁊ summū philosophic apicem app̄hēdit.
Desiderabat aut̄ vebemētē ⁊ studiose querebat
qualr sibi anime immortalitas persuaderi posset
D̄ hoc p̄hoꝝ scolas sp̄ adibat. ⁊ siquidem q̄ im-
mortalis esset obtinebatur. gaudebat. si qū vxoꝛ
q̄ mortalis esset p̄cludebat: tristis discedebat.

C Deniq; cum barnabas romam venisset. ⁊ fi-
dem xp̄i p̄dicaret. p̄hi cum tanq̄ insanū ⁊ amen-
tem deridebāt. Unde ⁊ quidā qui scdm̄ quosdam
fuit clemens p̄hus q̄ eum primo sicut aliq̄ deride-
bat. ⁊ eius p̄dicationē p̄tēnebat. talem questionē
pro derisu barnabe fecit dicens. Cum culex anial
sit exigūū quid est q̄ sex pedes habet. ⁊ in super
alao possidet. elephās aut̄ cum sit immane anial
nec alas possidet ⁊ tñ̄ quatuor pedes habet? Cui
barnabas. Stulte: tue questionē r̄idere p̄facile
possem: si veritatis causa discende querere videre
ris. Sed nunc de creaturis vobis dicere aliqd̄ ab-
surdū est. cū a vobis creaturarū p̄ditōr ignoretur.
Quia cñ̄ creatorē nō cognoscatis: iustum est vt in
creaturis erretis. Hoc verbū cordi clementis p̄hi
valde inhesit. ita q̄ fidem xp̄i instructus a barna-
ba recepit. ⁊ in iudeā ad petrū postmodū p̄pera-
uit. Quē ille de fide xp̄i instruxit. ⁊ ante immorta-
litate euidenter edocuit. **E**o tpe simon magus
duos discipulos habebat. scz aquilā ⁊ nicetā: qui
ei⁹ fallacias agnoscentes cū reliq̄runt: ⁊ ad petrū
p̄fugerūt. ⁊ eius discipuli sunt effecti. Cum autem
petrus clemēte de sua interrogasset p̄genie ille
quid matri ⁊ fratrib⁹ ⁊ patri acciderit p̄ ordinem
enarravit. addens q̄ credebat q̄ mater cū fratri-
bus in mari perissent. pater vero aut merore aut
sitr naufragio interisset. Qd̄ audiēs petr⁹ lachri-
mas p̄tinere nō potuit. **Q**uadā aut̄ vice petrus
cum discipulis suis antbaradū ⁊ inde ad insulam
per sex miliaria distantē in qua macidiana mater
clemētis morabatur venit: vbi quedā colūne vitree

mirē magnitudinis erant. Quas cum petrus cum
ceteris miraret videns ipam mendicantē. cur nō
potius suis manib⁹ oparet increpauit. Que r̄idit
Speciem tñ̄ dñe habeo manū: que meis sic sunt
debilitate moribus. vt oīno sint insensibiles esse
cre. Atq; vtinam me in mare p̄cipitasset vt vltra
nō viuerē. Cui petrus. Quid est qd̄ loq̄ris? Nescis
q; ante eoz qui se interemiūt grauiter puniuntur.
Cui illa. Utinam hoc michi certū fieret q̄ anime
post mortē viuant libēter cñ̄ meipsam occiderē:
vt saltē vna hora dulces meos natos videre possē
Cunq; petr⁹ ab ea cām tāte tristitie interrogasset.
⁊ illa ei ordinē geste rei narrasset. ait petrus. Est
quidam adolescēs apud nos noīe clemēs q̄ hec
que refers matri ⁊ fratrib⁹ asserit accidisse. Qd̄ il-
la audiēs nimio stupore p̄cussa corruit. Cunq; ad
semetipsam redisset. cū lachrimis ait. Ego sum a-
dolescēs m̄r. Et prociēs ad pedes petri: rogā-
re eū cepit: vt sibi filiū suum festināter ostēdere di-
gnaret. Cui petr⁹. Cū adolescentē videris paulu-
lum dissimula quousq; ab insula cū nauē egredia-
mur. Qd̄ cū illa se facturā p̄misisset. tenēs petrus
manū eius ipsam ad nauē vbi erat clemēs duce-
bat. Videns vero clemens petrū manu mulierem
ducentem. ridere cepit. Mor aut̄ vt mulier iuxta
clemēte fuit: se p̄tinere non potuit: sed statim in
amplex⁹ eius ruit. ⁊ crebro osculari cepit. Quā ille
tanq̄ insanientē mulierē cū indignatiōe repelle-
bat: ⁊ aduersus petrū indignatiōe nō modica mo-
uebat. Cui petrus. Quid agis o fili clemēs. Noli
repellere matrē tuā. Qd̄ cū audisset clemēs lachri-
mis infusus sup matrē iacentē p̄cidit: ⁊ eam reco-
gnoscere cepit. Tunc ad p̄ceptū petri hospita
sua q̄ paralitica iacebat adducit. ⁊ ab eo p̄tinuo li-
berat. Tūc mater clemēte de p̄re interrogauit.
Cui ille. Ad te querendum iuit: ⁊ vltra nō redijt.
At illa audiēs solūmodo suspirauit. grāde cñ̄ p̄
filio inuēto gaudiū h̄ns. reliquos p̄solabatur me-
iores. **I**nterea cū niceta ⁊ aquila deessent
⁊ redeūtes mulierē cum petro vidissent. que nam
sit hec mulier percūctant. Quib⁹ clemēs ait. Ma-
ter mea est quam michi deus redonauit per dñm
meū petrū. Post hec petrus oīa eis per ordinem
enarravit. Tūc cū audissent niceta ⁊ aqla. subito
surrexerūt ⁊ obstupefacti p̄turbari ceperūt dicen-
tes. Dñato: dñe deus vera he sunt hec. an somni-
um est qd̄ audiuim⁹? Tunc petrus. filij nō inquit
nos insanim⁹: sed hec vera sunt. At illi faciē p̄ri-
cantes aiūt. Nos sum⁹ faustinus ⁊ faustus quos
mater nostra estimat in mari interisse. Et accurē

De sancto

tes in complexus matris ruunt. et eam crebrius osculant. At illa ait. Quid vult hoc esse? Ad quā petrus. Isti sunt filij tui faustinus et faustus quos in mari perisse putabas. Nec audiens mater pre nimio gaudio velut amens effecta corruit. et post ad se reuerfa ait. Obsecro vos dulcissimi filij narra te michi quō euasistis? Qui rīderunt. Cuius nauis fuisset resoluta: et nos sup quandā tabulā uebere mur quidā pirate nos inuenientes in suā nauiculā posuerūt. ac mutatis noīb' cuidā nos honeste vidue iustine noīe vendiderūt: que tanq̄ filios nos habuit. et liberalib' artib' nos erudiri fecit. Tandē p̄hic operā dedim'. et simoni cuidā mago nobiscū educato adbecim'. Cūq; eius fallaciā cognouissimus ipsum oīno deseruimus et petri discipuli per zacheum effecti sum'. **S**equenti autē die assumptis petrus tribus fratribus. scz clemēte. aquila. et niceta. ad quendam secretiorē locum orationis grā descendit. Quos venerandus quidā senex sed tñ paup alloqui cepit dicēs. Misereor: vñ frēs qz sub specie pietatis vos grauiter errare p̄sideo. Neq; em̄ deus est. neq; cultus hic aliquis est. neq; p̄uidencia in mūdo sed fortuitus casus et genesis omnia agunt. sicut et ego ex me ipso manifeste cōperi in disciplina mathesis pre ceteris eruditus. Nolite ergo errare. siue em̄ oretis siue nō qd vestra genesis p̄inet vobis erit. Clemens autē in eū respiciēs anio pullabaf. et sibi se eum al's vidisse videbat. Cūq; de mandato petri clemens. aquila et niceta cum eo diuti' disputassent. et p̄uidencia apertis rōnib' ostendissent. eumq; ob reuerentiā crebro patrē vocarent. Dixit aquila. Quid necesse est vt eum patrē vocem': cum in mandatis habeam' neminē sup̄ terram patrē vocare. Et post hoc respiciēs ad senem ait. Non iniuriose accipias pater. q̄ fratrem meū culpau: qz te patrē vocauit. Habem' em̄ tale mandatū. ne aliquem isto nomine vocemus. Cūq; aquila hec dixisset: risit omniū astantiū ceterus vna cū sene et petro. Et euz ille causā risus inq̄reret. dixit ad eū clemēs. Quia facis id de quo alios culpas: senem patrē vocādo. At ille negabat dicēs Vere nescio si eum patrem vocauerim. Verum cum satis de p̄uidencia disputatū esset. dixit senex. Crederē vtiq; p̄uidenciam esse: sed a p̄pria p̄sciētia p̄hibeor huc fidei accomodare p̄sensuz. Noui em̄ meā et piugis mee genesis. et scio que vnicuiq; nostrū dictabat genesis accidisse. Audite igitur piugis mee thema et inuenietis scema cui' cecitus accidit. Habuit namq; martē cum venere super centrū. lunā vero in occa

Clemente

su in domo martis et finibus saturni: quod scema adulteras facit. et seruos p̄prios amare et p̄gre p̄fici et i aquis defungi. Qd et ita factū est. Incidit namq; in amorem serui: et piculum atq; obprobrium metuens euz ipso aufugit. et in mari perijt. Nam sicut frater me' retulit ipsum primo adamauit. Sz cū ipse assentire sibi nollet in seruū sue libidinis amorē retroisit. Nec tñ ei impurandū est. qz eas genesis hoc facere compulit. Narrauitq; quōd somnū sūxerit. et quō euz liberis arbenas vadēs naufragio perierit. **E**t cūq; filij vellent in eum irruere et rem aperire. prohibuit petrus dicēs. Quiescite quoad usq; michi placuerit. Dixitq; ei petrus. Si hodie piugem tuam castissimā cū tribus filijs tuis p̄signaero. credes q; genesis nichil sit. Cui ille. Sicut impossibile est te exhibere qd p̄misisti. ita et impossibile est extra genesis ali quid fieri. Dixit ei petrus. Ecce iste est filius tuus clemens. et hi duo gemini tui faustinus et faustus. Tunc senex resolutis membris cecidit. et quasi ex animis fact' est. filij autē irruētes in eū osculabatur: verētes ne sp̄m̄ reuocare posset. Tandē ad se rediens: omnia vt acciderāt per ordinē audiuit. Tunc subito vxor aduenit. Et cū lacrimis clamare cepit. Ubi est vir me' et dñs meus. Nec cū illa quasi amens clamaret. senex cucurrit et cū multis lacrimis amplecti et stringere eā cepit. Dū igitur simul manerēt. aduenit quidā nunciās apionem et ambionē faustimani amicissimos cū simone mago hospitari. De quoz aduētū faustimian' valde gauisus ad eos visitandos iuit. Et ecce nunc' venit q̄ diceret ministrū cesaris antiochiā aduenisse vt magos omnes quereret et morte puniret. Tūc simon magus in odiū filioz qui ipsum reliquerāt vultus sui similitudinē in faustimianū impressit. vt non faustimianus sed simon magus ab omnib' putaretur. Hoc autē fecit vt a ministris cesaris loco sui teneretur et occideretur. Ipse autem simon de partibus illis abscessit. **C**um autem faustimianus ad petrum et filios redisset expauerūt filij vultum simonis in eum intuetes. vocem autē patris sui audientes. Solus autē petrus erat qui vultū eius naturalē videbat. Cūq; filij ei' et vxor eius cum refugerent et excrearentur. dicebat eis. Cur excreamini et refugitis patrē vestrū? Qui responderūt q̄ ideo eum fugerēt: qm̄ in eo vultus simonis magi appareret. Consecerat em̄ simon qd dam vnguentū. et faciē ei' punxerat. et vultū suū arte magica imp̄serat in eū. Ipse igit' lamētabaf et dicebat. Quid michi misero accidit vt vna die

De sancto

Clemente

recognitus ab vxore et filijs letari non potuerim cum
eis: Vxor vero eius sparsis crinibus et filij plurimum
flebant. **S**imon autem magus dum adhuc esset
antiochie petrum plurimum infamauerat. magum ma-
leficum et homicidam eum dicendo. Denique instantum ad
uersus petrum populum peritauerat ut ipsum inuenire
plurimum affectaret: ut carnes eius dentibus laniar-
ent. Dixit ergo petrus faustianum. Quis quidem si-
mon magus esse videris perge antiochia et coram
omni populo me excusa. ac ea que de me dixit simon
ex persona sui retracta. Post hoc ego antiochia ve-
niam. et alienum hunc vultum a te effugabo. et proprium
vultum coram omnibus reddam. Hoc tamen nullo modo
credendum est quod beatus petrus mentiri mandauerit
cum deus non indigeat nostro mendacio. Ideo itine-
rium clementis in quo hec scripta sunt. liber apo-
criphus est. nec ut quibusdam placet suscipiendus est
in talibus. Verum tamen dici potest quod petrus si diligenter
verba sua consideretur non sibi dixit ut simonem ma-
gum esse se diceret sed ut populo effigiem faciei sup-
indutam ostendens petrum ex persona simonis com-
mendaret. et mala que dixerat reuocaret. Et ille
dixit se esse simonem: non quantum ad veritatem: sed quan-
tum ad apparentiam. Unde quod infra dixit faustina-
nus. Ego simon etc. Sic debet accipi. id est. quantum
ad apparentiam video: esse simonem. fuit ergo simon
supple putatiuus. Perrexit ergo faustianus presbyter cle-
mentis antiochia. et populum vocans dixit. Ego simonem
annuncio vobis et perire omnia fecerit de petro.
Nequaquam enim est seductor: vel magus: sed ad salu-
tem mundi missus. Quapropter si decetero aliquid
petra ipsum dixerit. me tanquam seductorem et maleficum
repellatis. Nunc enim penitentiam ago: quod male me
dixisse cognosco. Moneo igitur vos ut ipsi creda-
tis. ne vos et civitas vestra infamati peatis. Cumque hec
omnia que petrus iusserat compleret. et iam in amorem
petri populum incitasset. petrus ad eum venit. et oratione
facta effigiem vultus simonis ab eo penitus effuga-
uit. Populus autem antiochenus petrum benigne et cum
multo honore recepit. et ipsum in cathedra subli-
mauit. Quod audiens simon illuc perrexit et populum con-
vocans ait. Miror quod cum vos salubribus preceptis in-
struxerim. et a seductore petro vos cauere monu-
erim. vos ipsum non solum audistis. sed etiam episcopi ca-
thedra sublimastis. Tunc omnes cum furore aduer-
sus eum dixerunt. Monstro nobis similis es. Nu-
diusterate penituisse dicebas. et nunc te et nos per-
cipitare conaris. Et impetum in eum faciētes. cum igno-
minia cum protinus expulerunt. Hec omnia clemens in li-
bro suo de seipso narrat. et hanc historiam ibidem infe-

ruit. **S** Post hec autem petrus cum romam ve-
nisset. et suam passionem imminere videret. clemen-
tem post se episcopum ordinavit. Martino igitur princi-
pe apostolorum petro. clemens vir prouidus precaues in
futurum ne se per hoc exemplum quilibet vellet sibi
in ecclesia successorē statuere. et hereditate sanctu-
arii domini possidere. lino cessit. et postmodum clero.
Nonnulli asserunt quod lino et ceterus non fuerunt summi
pontifices: sed tamen petri apostoli coadiutores propter
quod in cathalogo pontificum meruerunt annumerari.
Post hos autem clemens eligi et presidere appellatur.
Qui ita more oratione pollebat: ut iudeis et gen-
tilibus et omnibus christianis populis placeret. Sin-
gularum inopes regionum nominatim scriptos habe-
bat: et quos baptismi sanctificatione mudauerat.
non sinebat publice fieri medicitati subiectos. Cum
itaque domicillam virginem neptem domiciani im-
peratoris sacro velamine secerasset. et theodora
uxorem sifinnii amici imperatoris ad fidem peruerit
et in castitatis proposito manere permitteret sifinnio
zeloductus ecclesiam post uxorem suam occulte intrauit
scire volens propter quod illa sic ecclesiam frequenter
At ubi a sancto clemente oratio suscipitur. et a populo
risum est. amen. sifinnio eccus et surdus penitus ef-
fectus est. Qui statim pueris suis dixit. Ego me
tollite et foras educate. Pueri autem per totam eccle-
siam eum girabant: sed et ad ianuam peruenire non
poterant. Quos cum vidisset theodora sic errantes.
primo quidem ab eis declinauit. putans quod vir su-
us eam cognoscere posset. Postmodum autem quod dnam
hoc esset interrogauit. Qui dixerunt. Dominus noster
dum vult videre et audire que non licet: et sur-
dus factus est. Tunc illa in oratione se dedit de-
cans ut vir suus inde exire posset. Et post oratio-
nem dixit pueris. Ite modo et producite dominum vestrum
ad domum. Cumque abissent sancto clementi theodora quod
acciderit indicauit. Tunc sancto rogatu theodore
ad eum venit: et ipsum inuenit apertis oculis nihil videntem
et nihil penitus audientem. Cumque clemens pro eo orasset.
et ille auditum et lumen recepisset. videns clementem
iuxta uxorem suam stantem amens efficit. et se illius
magicis artibus suspicatus. Precepitque seruis suis ut
ternerent clementem dicens. Ut ingredere ad uxorem
meam magicis artibus me excecauit. Precepitque
ministeris ut clementem ligarent et ligatum traherent.
At illi ligantes columnas iacentes et saxa: putabant
sicut sifinnio videbatur quod sanctum clementem cum
suis clericis traherent et ligarent. Tunc clemens sif-
innio ait. Quia saxa deos dicis. saxa trahere me-
ruisti. Ille autem vere eum ligatum existimans ait.

Ego te interfici faciam. Clemens autem inde abscedens, theodoram rogauit ne ab oratione cessaret donec virum suum dominus visitaret. Oranti igitur theodoro petrus apostolus apparuit dicens. Per te vir tuus saluabitur: ut impleatur quod dixit frater meus paulus. Saluabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Et hec dicens abscessit. Statimque sifinnius uxorem suam ad se vocauit: obsecrans ut pro se oraret. et sanctum clementem ad se vocaret. Qui cum venisset ipsum in fide instruxit. et eum cum ccccij. de domo sua baptisauit. Per hunc autem sifinnium multi nobiles et amici nerue imperatoris domino crediderunt. Tunc comes sacrorum pecuniam multis dedit. et pro sancto clemente seditionem maximam excitauit.

Tunc mamertinus vobis prefectus populi seditionem maximam non ferens. ad se clementem adduci fecit. Quem cum redargueret. et ad se inclinare attemptaret. Ille ait. Orare te ad rationem accedere. Nam si canes multi pro nos latrauerint. et morsibus atrectauerint. nunquam hoc nobis auferre poterunt quod nos sumus rationabiles homines. et ipsi sunt irrationabiles canes. Seditio autem ab impietis exorta. ostendit se nichil habere certum vel verum. Tunc mamertinus de co traiano imperatori scribens rursus accepit. quod aut sacrificaret. aut transpontum mare in heremo quod adiacet ciuitati terrene ipsum in exilium mitteret. Tunc prefectus clementi cum lacrimis ait. Deus tuus quem pure colis ipse te adiuuet. Prefectus autem ei nauem tribuit. et omnia necessaria ministravit. Multi autem clerici et laici ipsum in exilium sunt secuti. Prefectus autem in insulam inuenit ibi plusquam duo milia christianorum ibidem. iam dudum ad secunda marmora damnatorum. Qui sanctum clementem videntes. statim in fletum et lacrimas proruperunt. Quos ille consolans ait. Non meis meritis ad vos me misit dominus vestre corone participem fieri. Et cum ab eis didicisset quod a sexto miliario aquam suis hauris deponeret. dixit eis. Orate omnes dominum iesum christum. ut possessores suis fontem in loco isto ac venas aque aperiat. Et qui percussit petram in deserto sina et fluxerunt aque in abundantiam. ipse nobis laticem affluentem impartiat: ut de eius beneficiis gratulemur.

Tunc oratione facta hinc inde circumspicere. vidit agnum stantem qui pede erecto dextro quasi locum episcopo ostendebat. Et intelligens dominum iesum christum esse quem solus ipse videbat. perrexit ad locum et dixit. In nomine patris et filii et spiritus sancti in isto loco percutite. Sed cum nullus in isto loco in quo agnus steterat peringeret. ipse accepto breui sarculo leui ictu locum sub pede agni percussit. et statim maximus

fons erupuit. et in fluvium creuit. Tunc vniuersis gaudentibus sanctus clemens ait. Fluminis imperpetuo letificat ciuitatem dei. Ad hanc famam multi confluerunt. et vna die quingenti et amplius ab eo baptisma susceperunt. et ydolorum templa destruentes proteruam provinciam intra annum vnum. lxxv. ecclesias edificauerunt. Post tres autem annos traianus imperator qui cepit anno domini. cvi. hoc audiens. quendam ducem illuc misit. Qui cum omnes liberet morti prospiceret. multitudinem cessit. et solum clementem ligata ad collum eius anchora in mare precipitauerit dicens. Jam non poterunt ipsum pro deo colere christiani. Strate autem omni multitudo ad litus maris. cornelius et phebus discipuli eius omnes orare preceperunt. ut dominus corpus sui martiris eis monstraret. Statimque mari per tria miliaria recedere: omnes per siculum ingressi. inueniunt in modum templi marmorei habitaculum a deo paratum. et ibi in archa corporis sancti clementis. et anchoram iuxta eum. Reuelatum est autem discipulo eius ne inde tollerent corpus eius. Omni autem anno tempore passionis per septem dies ad tria miliaria mare recedit. et siccum iter aduenientibus tribuit.

In vna autem solennitate miratum mulierem cum filio suo paruulo ad locum accessit. Completis autem festiuitatibus solennijs cum puer obdormiret. sonus inundantium aquarum subito factus est. Mulier autem territa: et filium suum oblita. cum reliqua multitudine ad ripam aufugit. Que postmodum filium memorum cum ciuitate magis flebat. et usque ad celum lamentabiles voces dabat. ac plitorea clamans et ciuitatem discurrebat: si forte filium corporis a litorebus eiectum videret. Sed cum in ea spes omnis deficeret ad domum rediit. et totum illum annum in fletu et merore duxit. Post annum igitur apertum mari omnes anticipans ad locum peruenit. si de filio forte aliquid vestigium inuenire posset. Cum ergo ante tumulum sancti clementis se in orationem dedisset. surgens vidit in fantem in loco ubi eum reliquerat dormientem. Estimans autem eum esse defunctum. accessit propius quasi corpus collectura exanime. Sed cum eius dormientem cognouisset. excitatum velociter spectantibus populis incolumem in vlnis leuauit. et vbinam per illum annum fuerit requisitum. Ille autem se nescire respondit. si annum integer preterierat: sed tamen vni noctis spacio se suauiter dormisse putabat.

Ambrosius in prefatione sic ait. Cum iniquissimus persecutor beatus clementem penitus afficere a diabolo cogere. non ei tormentum intulit sed triumphum. Factatur ergo martyr in fluctibus ut mergeretur. et ex hoc peruenit ad premium unde petrus magister eius peruenit ad celum. Ambrosius ergo in fluctibus christus approbans mentes. clementem

De sancto

Crisogono

ad palmam victorie de profundo reuocat petrum ad celestia regna in eodem elemēto ne mergere tur eleuat. Refert leo hostien. epus q̄ tpe quo michael imperato: noue rome regebat imperium sacerdos quidā nomine p̄bus qui ob summū ingenū a puericia fuerat sic vocatus. cum terfonam peruenisset. et de his que narratur in historia clementis habitato: es interrogasset: q̄ aduene potius q̄ indigene erant. se nescire professi sunt. Si quidē miraculum marini recessus ob culpam inhabitantiū iam diu cessauerat. et ob incursum barbaroz tempo: e marini recessus venientium templum destructum fuerat. et archa cū corpore marinis su. tibi ob: ura erat. exigētibus culpis inhabitantiū. Sup quo miratus p̄bus et accedens ad ciuitaculam nomine georgiā cum ep̄o et clero accessit ad querendū sacras reliquias ad insulam in qua estimabāt esse corpus martiris. Ubi cū hymnis et orationibus fodientes: diuina reuelatione inuenerunt corpus et anchorā cum qua fuerat in mare proiectū. et deponerūt terfonas. Deinde p̄dictus p̄bus cū corpore sancti clementis romā venit. et multis ostensis miraculis in ecclia q̄ nunc dicitur sancti clemētis. hono: ifice corpus collocatum fuit. In quadā autē cronica legitur q̄ mari ab illo loco exiccaro. a beato cirillo mo: anoz ep̄o romam translatum est.

De sancto crisogono. clxvii. A



Crisogonus iussu dno: leclani in carcere recludit. vbi scē anastasia alimonijs fouebatur. Cū ergo anastasia vir ei in artissimam custodiā posuisset. crisogono qui cā erudierat talia scripta direxit. Sācto p̄fessori xpi crisogono anastasia. Sacilegi tugū mariti suscepi: cui deo miserāte thoz mērita infirmitate declinans. die noctuz dñi nri ihesu xpi amplecto: vestigia. Cum iste patrimoniū meū ex quo illustratur cū indignatiōe ac turpibus ydolatriis exauriat. me quoq̄ velut magā atq̄ sacrilegā custodie tā gra: uissime mā: ip aut: vt me vitam tpalem amittere suspicer. Nichil em̄ sup est nisi vt amisso spū mortī succūbam. In qua morte licz gloriē: tñ mea mēs valde peritur: q̄ opes meē quas deo deuouerā a turpibus p̄sumūtur. Vale vir dei. memēto: mei. Cui crisogonus scribit. Vide q̄ nō p̄turberis in hoc q̄ tibi pie viuenti inferatur aduersa. Non em̄ deciperis sed p̄baris. Esto ad te placitū tps xps p̄uertet. et quasi post noctis tenebras floridus delumen aspicias. atq̄ post glaciei frigus aurea tibi tpa et serena succedēt. Vale in dño et ora pro me. Deniqz cum beata anastasia sic in custodia artaretur: vt vir ei panis quadrās daretur. estimans se mo: ituram sancto crisogono eplam in hec verba scripsit. Confessori xpi crisogono anastasia. finis venit corporis memēto mei: vt egredientē aniam meā ipse suscipiat: pro cui amore ista sustineo q̄ ex ore hui⁹ vetule recognoueris. Cui ille rescripsit. Sup est vt lumē tenebre antecedat: sicut etiā post infirmitatē salus reuertit: et vita post mortē promittitur. Uno fide p̄cludūtur et aduersa hui⁹ mū: di et p̄pera. ne vel tristib⁹ desp̄atio v̄ letis elatio dñetur. Unū mare est in quo nauicule corpis nri velificāt. et sub vno corpis gubernatore ante nre nautico fungūtur officio. Quoz duz igitur naues fortissimis carinaz nexib⁹ solidate crebros equoz ris p̄citatos fluct⁹ ille pretereūt. Quoz undā vero fragiles iuncture lignoz etiā in tranquillo vicinū morti p̄ficiūt cursum. Tu autē o xpi famula crucis tropheū tora mēte p̄stringe. et teipsam p̄para ad opus dei. Igit dno: decian⁹ aquilegie p̄tib⁹ positus ceteros xpianos occidēs. sanctū crisogonū sibi p̄sentari iussit. Cui cū diceret. Accipe p̄tārem p̄fecture tue et p̄sulatū generis tui: et sacrificia dñs. respondit crisogon⁹. Unū deū in celo adoro. et dignitates tuas quasi lutū premno. Dara igit sup eum sentētia. ad quendā locū ducitur. et ibidē p̄tinus decollatur. Circa annos dñi. clxxviiij. Cui⁹ corpus cū capite sanctus sel⁹ p̄sbyter sepeliuit.